



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Resolutiones disputationum de Jndulge[n]tiarum virtute F. Martini Lvther Avgvstiniani Vittenbergensis

Luther, Martin

[Wittenberg], 1518

VD16 L 5787

Con: LXIII. Thezaurus au[...] i[n]dulge[n]tia[rum]/ merito e[st] gratissimus/  
quia ex nouissimis facit primos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-32315**

verbum solati, verbum gaudij, vox sponsi & sponsae, verbum bonum, verbum pacis, Sicut ait Esa: xl. Quia iucundi pedes Evangelii sanctorum, euangelii sanctorum pacem, predicantium bona, Lex vero est verbum perditionis, verbum irae, verbum tristicii, verbum doloris, vox iudicis & rei, verbum inquietudinis, verbum maledicti. Nam secundum Apostolum, Lex est virtus peccati, & lex iram operatur. Est lex mortis, Ex lege enim nihil habemus, nisi malam conscientiam, inquietum cor, pauidum peccatum, a facie peccatorum nostrorum, quae lex ostendit, nec tollit, nec nos tollere possumus, Sic itaque captus ac tristis, omninoque desperatis, Venit lux Evangelii & dicit, Nolite timere, Consolamini consolamini popule meus, Consolamini pusillanimes, ecce deus vester, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi, Ecce qui solus implet legem pro vobis, qui factus est a deo vobis iusticia, sanctificatio, sapientia, redemptio, oibus qui credunt in eum. Hoc suavissimum nuntium, cum audierit conscientia peccatrix, reuulsit, & tota exultat in tripudio, plenaque fiducia, iam nec mortem, nec amica mortis poenam graui formidat, neque infernum, ideo, qui poenas adhuc timent, nondum audierunt Christum, nec vocem euangelii, sed vocem potius Moysi. Ex hoc itaque Evangelio, nascitur vera gloria dei, dum docemur, non nostris operibus, sed gratia misericordiae dei in Christo, implem legem & impleri, Non operando, sed credendo, Non pro aliquid offerendo, sed ex Christo omnino accipiendo & percipiendo, de cuius plenitudine participamus omnes, & accipimus, de qua alias latius.

¶ CON: LXIII.

Hic autem est merito odiosissimus / quia ex primis facit nouissimos.

Euangelium enim destruit ea quae sunt, confundit fortia, confundit sapientia, & redigit eos in nihilum, in infirmitatem, in stultitiam, quia docet humilitatem & Crucem, Sic psalmus ix. Increpasti gentes & perierunt impius, nomen eorum delitit, Verum hanc regulam crucis horrent omnes, quibus placent terrena & sua, dicentes, durus est hic sermo, ideo non est mirum, si sit odiosissimus sermo Christi, ihs qui diligunt aliquid esse, sapientiam, potentiam, coram se & hominibus, & primi sibi videntur.

¶ CON: LXIII.

Thezaurus autem indulgentiarum / merito est gratissimus / quia ex nouissimis facit primos.

Satis

Quia docet horre pœnas, immo facit liberos a pœna  
quod est solummodo iustorum, Nullus enim indiget indulgentiis,  
nisi seruis pœnarum, qui non calcant eas, contemptu superbo  
eis dominans, sed pœnitur illis & fugit eas, sicut puer ab umbris  
noctis & tenebrarum, & tunc pœnitur liberi, cum iusti etiam subiecti  
sunt pœnis varijs.

CON: LXV.

Igitur Thezauri Euāgelici rhetia sunt/ quibus olim  
piscabantur viros diuitiarum.

Sic enim Ap[osto]lus, Non quero vestra, sed vos, Et Ch[ri]stus, facit  
vos fieri piscatores hominum, verbū enim dulce, trahit volūtatē,  
immo facit volūtatē hominis in Ch[ri]stū, Vnde, S. Petrus in  
vibe pictus piscator dicit.

Eccliam p[ro] naue rego/ mibi climata mundi/ Sunt  
mare/ Scripturę rhetia/ piscis homo.

CON: LXVI.

Thezauri indulgentiarum/ rhetia sunt/ quibus nūc pis-  
cantur diuitias v[er]orum.

Hanc puto ex diu[er]sīs clarā, quia per remissiones pœnarum  
homo non fit melior, nec nahitur plus ad deū (hoc enim solo  
verbi Ch[ri]sti fit) cum sint verba hominis, dantis licentiam ac res  
laxationē, magis quā capientis & ligantis, Quod si aliquid capiunt,  
certe nihil nisi pecunias, non autē animas, capiunt. Non quod damne  
istud negociū pecuniarum contribuēdas, imo meo iudicio, vi-  
detur, dei prouidentia id curare in isto negocio, vt cum sit  
viliissimū inter dona & officia Ecclesie, nec dignum in futura  
vita conari, saltem in hac vita, vel modica pecunia remuneret,  
vt nihil maneat irremuneratū, quod olim gratis fiebat relaxatiōe.

CON. LXVII:

Indulgentię/ quas Cōcionatores vociferantur max-  
imas gr[ati]as/ intelliguntur vere tales/ quo ad quęstum  
promouendum.

Sic enim audeat audax ignorātia, vt maximū vocet, quod minimū  
est, & relinquit tū populo iudiciū & facultas recte intelligēdi,  
vt errans credat dei gratiam hic dari, Ip[s]i enim non exponunt,  
ne sibi ip[s]is contradicere cogant, aut mendaces inueniantur, quod  
parū dixerint magnū.